




Be- ne-dí-cam Dóminum in **omni témpo-re**, * semper



laus e-ius in o-re me- o. Signa e- os... *Flexa* : clamá-



vit, †

2 In Dómino gloriábitur **ánima mea**, * áudiant mansuéti et læténtur. *Ant.* Signa eos.

3 Magnificáte **Dóminum mecum**, * et exaltémus nomen eius in idípsum. *Ant.* Signa eos.

4 Exquisívi Dóminum, et **exaudívit** me * et ex ómnibus terróribus meis erípuit me. *Ant.* Signa eos.

5 Respícite ad eum, et **illuminámini**, * et fácies vestræ non confundéntur. *Ant.* Signa eos.

6 Iste pauper clamávit, † et Dóminus **exaudívit eum** * et de ómnibus tribulatió nibus eius salvávit eum. *Ant.* Signa eos.

7 Vallábit ángelus Dómini in circúitu **timéntes eum** * et erípiet eos. *Ant.* Signa eos.

8 Clamavérunt, et Dóminus **exaudívit** * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit eos. *Ant.* Signa eos.

9 Iuxta est Dóminus iis, qui **contríto sunt corde**, * et confráctos spíritu salvábit. *Ant.* Signa eos.

10 Rédimet Dóminus **ánimas servórum suórum**, * et non puniéntur omnes, qui sperant in eo. *Ant.* Signa eos.